

*Sancho Ramírez dona diversas propiedades a la iglesia de Santiago de Funes y por otro lado a Santa María de Ujué.*

AHN, Montearagón, c. 621, num. 2.

/Crismón/ In nomine Domini Ihesu Christi. Ego Sancius, gratia Dei Aragonensis uel Pampilonensium rex, simul cum filio meo Petro, facimus hanc cartam donationis ad Deum et ad sanctum Iacobum de Funes, et damus illa ecclesia de Sancta Maria ut sit parrochia de Sancto Iacobo, cum omnibus suis pertinenciis et cum omnibus suis decimis et primiciis, tam de terris quam de uineis, et de plectos et de homicidios et de quintas et de totos cessos quod abemus ut abere debemus in toto Bal de Funes, decima et primicia. Et de nostras bachas et equos et porcos et oves et de plectos et de homicidios et carnaticos et erbaticos, decima et primicia. Similiter, damus de nostra radice de Funes, de terris et uineis et de ortis et de molendinis quas habemus uel habere debemus in tota Bal de Funes, decima et primicia. Similiter, damus illas ecclesias de Alasues, cum omnibus eorum decimis et primiciis, et cum omnibus suis pertinenciis de omnia que abent uel habere debent, ad Deum et ad Sanctum Iacobum de Funes. Et de illos portaticos, decima et primicia. Similiter, ibi damus illas ecclesias de Marcella cum omnibus suis directaticis ab integris. Et illas ecclesias de Penalene cum omnibus suis directaticis ab integris. Et illas ecclesias de Miraculo cum omnibus suis directaticis ab integris. Similiter, ibi damus illa ecclesia de Sancta Maria de Arlas cum omnia que possidet uel abet et abere debet. Similiter uero, damus de Petralta et de Arlas et de Falces decimas et primicias de nostris molendinis quos ibi abemus uel abere debemus, et de nostras hereditates quas nos tenemus aut illos seniores per nostra manu, decimas et primicias; et de plectos et de homicidios, decimas et primicias. Similiter, damus de Miranda de nostras laborancias decimas et primicias, et de nouena de illa uilla decima et primicia, et de plectos et homicidios decima et primicia. Donamus etiam ibi illa ecclesia de Sancta Maria de Larraga, cum omnibus

aliis ecclesiis qui sunt in omnibus terminis de Larraga, cum eorum decimis et primiciis et oblationibus et omnibus eorum directaticis ab integris, ut sint ad Dei servicium et de Sancto Iacobo. Et de illa nouena de illa uilla domamus inde primicia, et de illos meos molinos decima et primicia. Et de illos plectos et homicidios de illa uilla, decima et primicia. Domamus quoque de Cebrore de nostra radice et de nouena de illa uilla, decima et primicia. Similiter, donamus illa ecclesia Sancti Saluator de Ponte de Arga, cum omnia que abet uel habere habet. Donamus etiam ibi illas ecclesias de Ibero, cum totas eorum hereditates de terris et uineis et ortis et molendinis, et cum eorum decimis et primiciis et oblationibus et omnibus eorum directaticis ab integris /.../ plectos et homicidios, de tota ipsa terra decima et primicia. Et de nostras terras de Artica de Zandua decima et primicia directa. De illa paria de Estela que pariant illos iudeos decima, et de eorum plectos et homicidios decima. Et de nostras hereditates quas ibi abemus de terris et uineis et ortis et molendinis, decima et primicia. Similiter damus illa ecclesia de illo castello, cum omnibus suis pertinenciis et suis directaticis. De Ieniz, de illa salina, decima de illos dineros. De Berroza, decima de illas terras et uineas quas tenet senior Eximino Furtuiones de Punicastro. Similiter, decima et terras et uineas quas tenet senior Garcia Sanz Caluo in Lerat et in Carcaras. Similiter, damus illa decima de illas terras et uineas et molinos et ortos que tenet senior Sancio Garcez in Exauri. Donamus etiam ibi illa ecclesia de Arrada, cum omnibus suis decimis et primiciis et oblationibus et omnibus suis pertinenciis ab integris. Et ubicumque nos abuerimus nostras hereditates aut aliquis homo tenuere eas per nostra manu in prestamo aut per donatiuo de carta, de Funes usque Punicastro et de Punicastro usque ponte Sancti Martini, et de ipso ponte usque ad terminos de Tutela, decima et primicia inde exeat ad Deum et Sanctum Iacobum directa. Hoc autem superius scriptum firmum et stabile per maneat in secula seculorum.

Similiter placuit nobis uolenti animo et spontanea uoluntate et hedificamus ecclesia Beate Dei Genitricis Marie in Uxue, et donamus et confirmamus ibi omnes ecclesias quas sunt in omnibus terminis de Uxue, cum eorum decimis et primiciis et oblationibus et omnibus eorum directaticis ab integris, ut sint ad Dei seruicium et Beate Marie matris sue. Nos uero, de nostris terris et uineis et ortis et molendinis et de omni nostra hereditate, et de bachas et de equos et de oves et de porcos, et de plectos et de homicidios, donamus ibi nostra decima et primicia directa. Similiter, donamus ibi illa ecclesia de illo castello de Sangossa, simul cum Sancti Juliani de Aibar, cum omnibus eorum directaticis ab integris, et cum totas suas decimas et primicias de plectos et de homicidios, et de bacis et de equos et de oves et de porcos et de nostras laborancias quas ibi pertinent. Et de Gallipienzo, de nostra laborancia, decima et primicia. De Kassed, decima et primicia. De Ciuitatelia, decima et primicia. De Sancta Eulalia, decima et primicia. Et de totos aliis locos /.../ accipiat illo ponte hoc quod acciperit donec sic factum et compleatum. Postquam fuerit factum omnia supra /.../ et primicia, et de nostros carnaticos et erbaticos et de plectos et de homicidios, decima et primicia. Damus quoque ibi de nostra laborancia de Tafalia, decima et primicia. Et de illa ipsa et de sua honore, de plectos et de homicidios et de carnaticos, decima et primicia. Similiter, donamus ibi illas ecclesias de nostra almunia de Olit, cum decimis et primiciis et omnibus directaticis suis ab integris. Et donamus ibi illa ecclesia de Karastello, cum decimis et primiciis suis ab integris. Et donamus ibi illa ecclesia de Murello Freito, cum decimis et primiciis suis ab integris. Donamus etiam illas ecclesias de Sancta Kara, cum omnibus directaticis suis ab integris, et cum decimis et primiciis suis. Donamus etiam ibi illam ecclesiam de Sancta Maria de Unzue, cum omnia qui abet uel ad illam pertinet. Damus de Olatz, de nostra radice quod tenet senior Eximino Fortuiones, decima et primicia. Et damus de Getze, de nostra ra-

dice, decima et primicia. Et damus decima de illos dineros de portatico de illa salina. Similiter damus de Uart de nostra radice, decima et primicia. Damus quoque ecclesiam de Sancti Iohannis de Legin, cum aliis ecclesiis et parrochiiis que pertinet ad Legin, cum suis directaticis ab integris. Damus etiam illa ecclesia de Sancta Maria de Exaue de Legin, cum unas kasas et cum tota sua radice ab integra. Et de nostros equos et bachas et oves et porcos, siue de plectos et de homicidios, decima et primicia. De Lizoain, de nostra laborancia, decima et primicia. De Licarrariella, de lezta de illos iudeos et de plectos et de iudicios et de homicidios, decima et primicia. Similiter mandamus et absoluimus ut, ubicumque introierint nostros greges ad pascendam herbam in montibus et in siluis et in pascuis, ibi intrent et uestros greges siue ullo debitamento. Similiter, mandamus ut, in totos illos sotos ubi intrent meos omnes et meos merinos aut illos seniores qui tenet illos per me, ut intrent ibi uestros omnes et sedeant absolutos per intrar et taliare sine ullo zesso et sine ullo dampno. Hanc aut oblacionem quam Domino Deo et Beate Marie matris sue et Sancto Iacobo offerimus, sic de terris et uineis et molendinis et de ortis, et de omnibus rebus sic ut nominatim in hanc cartam scriptum est, ita damus et concedimus et confirmamus, de illas montanias usque Sancti Sebastiani, et in alia parte usque ad Lapurdi, et de alia parte usque Sanctam Gratiam, et de Poncastro usque ponte de Sancti Martini, et de illo ponte usque ad terminis de Tutela. Et hec oblacio nostra firma permaneat per secula cuncta.